

80/100

Charles B. Schmitt
17-XII-80

5.9.02

A

K

H

 ARISTOTELIS

DE VIRTUTIBVS LIBELLVS

planè aureus, nuper quidem Græcè
inuentus, iam verò primùm per

268

~~SIMONEM GRYNÆVM~~

latinitate donatus.

Cum exactiore quadam uirtutum
diuisione per eundem

~~SIMONEM GRYNÆVM.~~

S. Mariæ in Campitolo Congreg^{nis} Matris Dei.

V E N E T I I S

M D X L V

UNIVERSITY OF
BURG INSTITUTE

196

D. ODDONI COLIGNIO
CASTELLIONE CARDINALI
εὐπρίσω, Alex. Chamail. S.D.




INCIDI fortè nuper, Car-
dinalis reuerēdis. in quod-
dam exemplar antiquissi-
mū libri *Αειστέλους ποτὶ
ἀρετῶν*: libri, inquā, vt mo-
le quidem exigui, ita certè et dictione ni-
tidi, et tractatione utilis. Exequitur enim
omnia τοῖς καλῶς, καὶ τοῖς ἀρχαῖς, hoc
est, virtutum vitiorumq; genera: idq; ea
& breuitate & methodo, vt mihi videar-
tur non minus *ἱκανῶς*, nec minus multa
hic de honesti partibus diseruisse, quàm
totis officiorū Cicero libris, atq; etiā prae-
ter Ciceronē aliquid. Secat enim hone-
stum in suas ille parteis, hic similiter, at-
que in plureis: de vitis ille nonnihil in-
terferit, hic nihilo quàm de virtute mi-
nus disputat: docet officia vterq; virtu-
tum, hic vitiorum etiam propria, latiùs
tractat ille, hic planùs tradit, dicit ille
quidem habundè, hic verò satis, bonus
vterq;, ille copia, hic ordine. Atq; vt se-

mel quod sentio dicam, fecit vterq; variè
 sed vterq; benè. Quum igitur librum in
 manus sumplissem, inspexissemq; aliquā
 diu, & vehementer ille mihi quum pro-
 pter argumentum, tum propter autorem
 placuisset, delectatus re insperata, allato
 mox Aristotele græco, ad elenchū libro-
 rum diligentissimè contuli, si forte et hoc
 libelli inter ceteros alicubi extaret, id vbi
 nusquam reperio factum constituo non
 diu premere, sed luci tandē, quam adhuc
 non vidit, in vtraque lingua permittere.
 atque id adeo tuis potissimum auspicijs,
 nam certè vix possum melioribus, nec
 alijs etiam exire postulat liber, atq; ea sic
 accipit, quasi dignū digno (vt ait ille) be-
 nē locatum munus ἄξιον μὲν, ὥς οὐ δύναται
 γὰρ μὴ ἄξιον ἔσθαι, ἀλλὰ καὶ εἰ δύναται εἶναι. *C*ognosce
 igitur, & excusa, si quid nō satis aut rectū
 aut exactum, aut etiam ineruditum quid
 reperias, quod & cariosus liber nostræ di-
 ligentię fraudi esse potuerit, aut etiam (id
 quod magis est) ætas rudis adhuc, & par-
 cissimè in ijs studijs versata, conatū, lau-
 dabilem illū quidem sed ramen arduum
 fefellerit. Vale. Aureliæ, Cal. Ianuar.

ΑΡΙΣΤΟ

ΤΕΛΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ.



ΠΑΙΝΕΤΑ μὲν, ὅτι τὰ κα-
λά· ψεκτὰ δὲ, τὰ αἰσχροῦ. καὶ
τῶν μὲν καλῶν, ἡγούνται αἱ
ἀρεταί. τῶν δὲ αἰσχυρῶν, αἱ κα-
κίαι. Ἐπαινέται δὲ ὅτι, καὶ
τὰ αἵματα τῶν ἀρετῶν, καὶ τὰ
παρεπόμενα ταῖς ἀρεταῖς.
καὶ τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰ ἔργα αὐ-
τῶν· ψεκτὰ δὲ, τὰ ὀνείδια. Τειμεροῦς δὲ
τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα, τοῖ
μὲν λογιστικοῦ ἀρετὴ, ὅτι ἡ φρόνησις· τοῖ δὲ
θυμοειδοῦς, ἡ τε περὶ χότης, καὶ ἡ αὐτοδραία· τοῖ
δὲ ἐπιθυμητικοῦ, ἡ τε σωφροσύνη, καὶ ἡ ἐγ-
κράτεια· ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς, ἡ τε δικαιοσύνη,
καὶ ἡ ἐλευθεριότης, καὶ ἡ μεγαλοψυχία. Κα-
κία δὲ ὅτι, τοῖ μὲν λογιστικοῦ, ἡ ἀφροσύνη· τοῖ
δὲ θυμοειδοῦς, ἡ τε ὀργιλότης, καὶ ἡ δειλία· τοῖ
δὲ ἐπιθυμητικοῦ, ἡ τε ἀκολασία, καὶ ἡ ἀκρα-
τεία. ὅλης ὅ τῆς ψυχῆς, ἡ τε ἀλκιμία, καὶ ἀνελευ-
θεριότης, καὶ μικροψυχία.

Εστι δὲ φρόνησις μὲν, ἀρετὴ τοῦ λογιστικῆς, παρασκευαστικὴ τῶν πρὸς ὀυδαιμονίαν σωτηνόντων.

ΠΡΑΟΤΗΣ.

Πραότης δέ ἐστι, ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίνονται δυσκίνητοι.

ΑΝΔΡΕΙΑ.

Ανδρεία δέ ἐστι, ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν δύσπληκτοί εἰσι ἀπὸ φόβου τῶν πρὸς θανάτου.

ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ.

Σωφροσύνη δέ ἐστι, ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν ἀνόρεκτοι γίνονται πρὸς τὰς ἀκλαύσεις τῶν φαύλων ἡδονῶν.

ΕΓΚΡΑΤΕΙΑ.

Εγκράτεια δέ ἐστι, ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν κατέχουσι τῶν λογισμῶν, τῶν ἐπιθυμίαν ὀρμῶσαν πρὸς τὰς φαύλας ἡδονάς.

ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ.

Δικαιοσύνη δέ ἐστι, ἀρετὴ ψυχῆς, διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΤΗΣ.

Ελευθεριότης δέ' ὅστις, ἀρετὴ ψυχῆς, εὐ-
δίαπανος εἰς τὰ καλά.

ΜΕΓΑΛΟΥΧΙΑ.

Μεγαλοψυχία δέ' ὅστις, ἀρετὴ ψυχῆς,
καθ' ἣν δύναται φέρειν εὐτυχίαν, καὶ
αὐτοχίαν, καὶ πένιν, καὶ ἀπρίαν.

ΑΦΡΟΣΥΝΗ.

Αφροσύνη δέ' ὅστις, κακία τοῦ λογιστικοῦ, αἰ-
τία τοῦ ζῆν κακῶς.

ΟΡΓΙΛΟΤΗΣ.

Οργιλότης δέ' ὅστις, κακία τοῦ θυμοει-
δοῦς, καθ' ἣν εὐκίνητοι γίνονται ὑπὸ
ὀργῆς.

ΔΕΙΛΙΑ.

Δειλία δέ' ὅστις, κακία τοῦ θυμοειδοῦς,
καθ' ἣν ἐκπλήθονται ὑπὸ φόβου, καὶ
μάλιστα τῷ πρὶ θανάτου.

ΑΚΟΛΑΣΙΑ.

Ακολασία δέ' ὅστις, κακία τοῦ ἐπιθυμη-
τικοῦ, καθ' ἣν αἰετοῦνται τὰς φαύλας
ἡδονάς.

ΑΚΡΑΤΕΙΑ.

Ακράτεια δέ' ὅστις, κακία τοῖ ἐπιθυμη-
κοῦ, καθ' ἣν παρὰ φύσιν τῇ ἀλογίᾳ
τῷ ἐπιθυμίᾳ, ὠθοῦσαν ᾧ τὰς τῶν φαυλῶν
ἡδονῶν ἀπολαύσεις.

ΑΔΙΚΙΑ.

Αδικία δέ' ὅστις, κακία ψυχῆς, καθ' ἣν πλεον-
εκτικῶς γίνονται παρὰ τῷ ἀξίᾳ.

ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑ.

Ανελευθερία δέ' ὅστις, κακία ψυχῆς, καθ' ἣν
ὁρέγονται τοῖ πάντα χρόνῳ κέρδους.

ΜΙΚΡΟΥΧΙΑ.

Μικροψυχία δέ' ὅστις, κακία ψυχῆς, καθ' ἣν
ἀδύνατοί εἰσι φέρειν ὀδυτυχίαν, ὡς ἀτυ-
χίαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀτιμίαν.

(ΤΑ ΤΗΣ) ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ.



Ης δὲ φρονήσεώς' ὅστις, τὸ βελού-
σαθαι· τὸ κρίναι τὰ ἀγαθὰ, καὶ
τὰ κακὰ, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ
αἰρετὰ καὶ φευκτά· τὸ χρῆσθαι πᾶ-
σι καλῶς τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγα-
θοῖς· τὸ ὁμιλῆσαι ὀρθῶς· καὶ σω-
φειρῶς καί κερδύνει· τὸ ἀγχίνως χρῆσθαι, καὶ λόγῳ,
καὶ

καὶ ἔργῳ· τὸ τὴν ἐμπειρίαν ἔχειν τῇ χρησίμῳ πάντων. ἡ μνήμη δὲ καὶ ἐμπειρία, καὶ ἀγχίνοια, ἢ τοι ἄρ' εἰ φρονήσεως ἐκείνη αὐτῶν ὅστις, ἢ παρέπεται τῇ φρονήσει. ἢ, τὰ μὲν αὐτῶν οἶον συνάεττα τῆς φρονήσεως ὅστις, καθάπερ ἐμπειρία καὶ ἡ μνήμη· τὰ δὲ οἶον μέρη τῆς φρονήσεως, οἶον δὲ βουλία, καὶ ἀγχίνοια.

ΠΡΑΟΤΗΤΟΣ.

ΠΡΑΟΤΗΤΟΣ δὲ ὅστις, τὸ δύνασθαι φέρειν μετρίως ἐγκαλήματα, καὶ ὀλιγωρίας· καὶ τὸ μὴ ταχέως ὀργᾶν ὡς τὰς τιμωρίας· καὶ τὸ μὴ δύκνητον εἶναι πρὸς τὰς ὀργάς· ἀπικροῦ δὲ τῷ ἥθει, καὶ ἀφιλόνητον, ἔχοντα τὸ ἡρεμαῖον ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ σώσιμον.

ΑΝΔΡΕΙΑΣ.

ΑΝΔΡΕΙΑΣ δὲ ὅστις, τὸ δύσπληκτον ὑπὸ φόβῳ τῇ περὶ θανάτου, καὶ τὸ θυδάρσῃ ἐν τοῖς θεινοῖς, καὶ τὸ δύτολμον πρὸς τοὺς κινδύνους· καὶ τὸ μάλλον αἰρεῖσθαι τεθνάναι καλῶς, ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι· καὶ τὸ νίκης αἵτιον εἶναι. ἐπὶ δὲ ἀνδρείας ὅστις, καὶ τὸ ποιεῖν, καὶ καρτερεῖν, καὶ αἰρεῖσθαι, εἰ δύνασθαι. παρέπεται δὲ τῇ ἀνδρείᾳ, καὶ ἡ δύτολμία. καὶ ἡ θυψυχία, καὶ τὸ θάρσος, καὶ τὸ θράσος, ἐπὶ ἧ καὶ ἡ φιλοπονία, εἰ καὶ ἡ καρτερία.

Σωφροσύνης δέ' ὅτι, τὸ μὴ θαυμάζειν τὰς ἀπολαύσεις τῶν σωματικῶν ἡδονῶν· καὶ τὸ εἶναι πάσης ἀπολαύσεως ἀσχετῆς ἡδονῆς ἀνόμετον· καὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ τὴν δίκαιαν ἀδύνην, καὶ τὸ τετάσθαι πρὸς τὸν βίον ὁμοίως ὥς τε μικροῖς καὶ μεγάλοις· παρέπεται δὲ τῇ σωφροσύνῃ ὁυταξία, κοσμιότης, ἀδύνη, ὁυλάβεια.

ΕΓΚΡΑΤΕΙΑΣ.

Εγκρατείας δέ' ὅτι, τὸ δύνασθαι κατὰ χεῖρ ὅτ' λογισμῶ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ὑπὲρ φεύλας ἀπολαύσεις, καὶ ἡδονάς· καὶ τὸ καρτερεῖν καὶ τὸ ὑπομονητικὸν εἶναι κατὰ φύσεως ἡδοναίας καὶ λύπης.

ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.

Δικαιοσύνης δέ' ὅτι, τὸ διανεμητικὸν εἶναι τοῖς κατ' ἀξίαν, καὶ σώζειν τὰ πατρῶα ἔθνη, καὶ τὰ νόμιμα· καὶ τὸ σώζειν αὐτὸν γεγραμμένους λόγους· καὶ τὸ ἀληθεύειν ὅτ' ὅτ' διαφέροντι· καὶ τὸ διαφυλάττειν τὰς ὁμολογίας· ἐστὶ δὲ πρώτη τῇ δικαιοσυλῇ πρὸς αὐτὸν θεόν, εἴτα πρὸς διαίμονας, εἴτα πρὸς πατρίδα καὶ γονεῖς, εἴτα πρὸς αὐτὸν κατοικομμένους, ὧς οἷς ὅτιν ἢ ὁυσέβεια, ἢ τοι μέγ' οὔσα δικαιοσύ-

νης, ἢ παρακολουθοῦσα. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ ὁσιότητι, καὶ ἀλήθειᾳ, καὶ ἡ πίστις, καὶ ἡ μετ' ὀπίσθου.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΟΤΗΤΟΣ.

Ελευθεριότης δέ ἐστι, τὸ προαιρετικὸν εἶναι χρημάτων εἰς τὰ ἐπαινετὰ· καὶ διαφίλεια, ὡς εἰς τὰ δέοντα ἀναλωθῆναι· καὶ τὸ βοηθητικὸν εἶναι ὅτι τῷ διαφόρῳ· καὶ τὸ μὴ λαβεῖν ὅθεν μὴ δεῖ. ἐστὶ δὲ ἐλευθεριότης καὶ πόρις ἐδῆτα καθαρός, καὶ πόρις οἴκησις· καὶ κατὰ σκευασμὸς τῶν πόριτων καὶ καλῶν, καὶ διαγωγὴν ἐχόντων ἡδίστων ἀνδρῶν τοι λυσιτελοῦντων· καὶ θρεπτικὸς τῶν ζώων τῶν ἡδίστων ἐχόντων τι, ἢ θαυμαστόν. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἐλευθεριότητι, τοι ἡθους ὑγρότης, καὶ ὁμαλότης, καὶ φιλανθρωπία· καὶ τὸ εἶναι ἐλεητικόν, καὶ φιλόφιλον, καὶ φιλόφρονον, καὶ φιλόκαλον.

ΜΕΓΑΛΟΥΨΥΧΙΑΣ.

Μεγαλοψυχίας δέ ἐστι, τὸ καλῶς γινέσκειν καὶ ὀνυχίαν, καὶ ἀτυχίαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀτιμίαν· καὶ τὸ μὴ θαυμάζειν, μή τε τρυφῆν, μή τε θοράπειαν, μή τε ὀξουσίαν, μή τε τὰς νίκας τὰς γιγαντίους· ἔχει δὲ τι βάθος τῆς ψυχῆς, καὶ μέγεθος· ἐστὶ δὲ μεγαλοψυχός, οὐδ' ὅτι ζῇ πόρι πολλοῦ ποιούμενος.

νῦν, οὐδ' ὁ φιλόζωον· ἀπλοῦς δὲ τῶν ἡθῶν, καὶ
 γυμναῖον, ἀδίκησαι δυναμῶν, καὶ οὐ πμω-
 ρητικός. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μεγαλοφυχίᾳ, ἀπλό-
 της, καὶ ἀλήθεια.

ΑΦΡΟΣΥΝΗΣ.

Αφροσύνης δέ' ὅστις, τὸ κρίνειν κακῶς τὰ
 πράγματα. τὸ βουλόμενα κακῶς· τὸ
 ὁμιλῆσαι κακῶς τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς· τὸ φθι-
 σὼς δοξάζειν περὶ τῶν εἰς τὸν βίον καλῶν καὶ ἀγα-
 θῶν. παρακολουθεῖ ἡ τῇ ἀφροσύνῃ, ἀμαθία,
 ἀκρασία, ἐπαισερότης, ἀμνημοσύνη.

ΟΡΓΙΛΟΤΗΤΟΣ.

Οργιλότητες δέ' ὅστις, εἶδεν τρία· ἀεροχε-
 λία, πικρία, ῥαθυμία. ἔστι ἡ τοῦ ὀργίλου,
 μὴ δύνασθαι φέρειν, μὴ τε τὰς μικρὰς ὀλιγορ-
 σεις, μὴ τε ἐλαττώσεις· εἶναι δὲ κολαστικόν, τὸ ἡμι-
 ρητικόν, καὶ δυκίνητον πρὸς ὀργὴν, καὶ ὑπὸ ἔργου
 καὶ ὑπὸ λόγου τοῖς τυγχόντες, ἀκολουθεῖ ἡ τῇ
 ὀργηλότητι, τὸ παροξυντικόν τοῖς ἡθους, καὶ
 θυμὸν ἐκείνου, καὶ ἡ μικρολογία, καὶ τὸ ὑπὸ μικροῖς
 λυπεῖσθαι, καὶ τὰ αὐτὰ πάχειν ταχέως, καὶ
 παρὰ βραχὺν καιρόν.

ΔΕΙΛΙΑΣ.

Δειλίας δέ' ὅστις, τὸ ὑπὸ τῶν τυγχόντων φό-
 βων εὐκίνητον εἶναι, καὶ μάλιστα τῶν
 πορῶν

πρὸς θάνατον, καὶ τὰς σωματικὰς πηρώσεις· καὶ τὸ
ὑπολαμβάνειν, κρείττον ἐῖν ὅποσον σωθῆναι, ἢ
πλοῦναι καλῶς. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δειλίᾳ, μα-
λακία, ἀνάνδρεια, ἀπονία, φιλοψυχία. ὕπερ
δὲ τις ὑλάβει, καὶ τὸ ἀφιλόνητον τοῖς ἥθους.

ΑΚΟΛΑΣΙΑΣ.

Ακολασίας δέ' ὅστι, τὸ αἰρεῖσθαι τὰς ἀπο-
λαύσεις τῶν ἡδονῶν, τῶν βλαβερῶν, καὶ
αἰσχρῶν· καὶ τὸ ὑπολαμβάνειν ὑδαιμονεῖν
μάλιστα οὗ ἢ τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ὄντας·
καὶ τὸ φιλογέλοιον εἶναι, καὶ τὸ φιλοσκώπη-
ν, καὶ φιλοπράπελον· καὶ τὸ ῥαδιουργόν εἶναι
ἢ τοῖς λόγοις, καὶ ἢ τοῖς ἔργοις. ἀκολουθεῖ δὲ
τῇ ἀκολασίᾳ, ἀταξία, ἀναιδέεια, ἀκοσμία, ἀμέ-
λεια, ὀλιγωρία, ἐκλυσις.

ΑΚΡΑΣΙΑΣ.

Ακρασίας δέ' ὅστι, τὸ κωλύοντ' τοῖς λο-
γισμοῦ τὰς ἀπολαύσεις τῶν ἡδονῶν αἰ-
ρεῖσθαι, καὶ τὸ ὑπολαμβάνοντα κρείττον εἶναι
μὴ μεταχεῖν μὴ αὐτῶν, μετέχειν δὲ μηδὲν ἔ-
στιν. καὶ τὸ οἶεσθαι μὴ δεῖν πράττειν, καὶ τὰ
καλὰ, καὶ τὰ συμφέροντα· ἀφίστασθαι δὲ αὐτῶν
ἢ τὰς ἡδονὰς. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀκρασίᾳ, μα-
λακία, καὶ μετὰ μέλεια, καὶ τὰ πλείστα ταῦτα,
ἀ' ἐκ τῇ ἀκολασίᾳ.

Αδικίας.

Αδικίας δέ' ὅσι εἶδῃ τρία ἀσέβεια, πλεονεξία, ὕβρις· ἀσέβεια μὲν, ἢ πρὸς θεοῦς, καὶ πρὸς δαίμονας, ἢ καὶ πρὸς αὐτὸν κατοικοῦντας, καὶ πρὸς γονεῖς, καὶ πρὸς πατρίδα. πλεονεξία δὲ, πρὸς τὰ συμβόλαια, παρὰ τὴν ἀξίαν αἰρουμένη τὸ διάφορον. ὕβρις δὲ, καθ' ἣν τὰς ἡδονὰς αὐτοῖς παρασκυιάζουσιν, εἰς ὅτι διὰ τὴν ἀγαγόντες ἑτέρους. ὁδὸν Εὐηνῆς πρὸς αὐτῆς λέγει· ἢ τις κερδαίνουσα, οὐδὲν ὁμῶς ἀδίκηει· ἔστι δὲ τῆς ἀδικίας, τὸ παραβαίνειν τὰ πάτρια, καὶ τὰ νόμιμα· καὶ τὸ ἀπειθεῖν τοῖς νόμοις, καὶ τοῖς ἄρχουσι· τὸ ψεύδεσθαι, τὸ ἐπινοεῖν, τὸ παραβαίνειν τὰς ὁμολογίας, καὶ τὰς πίσεις· ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀδικίᾳ, συνοφραντία, ἀλαζονία, φιλανθρωπία προαποίητος, κακότης, πανουργία.

ΑΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ.

Ανελευθερίας δέ' ὅσι εἶδῃ τρία· αἰχροκερδία, φειδωλία, κίμβεία· αἰχροκερδία μὲν, καθ' ἣν κερδαίνειν ζητοῦσι πανταχόθεν, καὶ τὸ κέρδιον τῆς αἰχρύνης πρὸς πλείονος ποιοῦνται. φειδωλία δέ' ὅσι, καθ' ἣν ἀδίσταστοι γίνονται τῶν χρημάτων εἰς τὸ δέον. κίμβεία δέ' ὅσι, καθ' ἣν λατρεύουσιν μὲν, κατὰ μικρὸν

πρὸν δὲ, καὶ κακῶς καὶ πλέον βλαπτόντα, τῷ
μὴ κατὰ καιρὸν ποιεῖν τὸ διάφορον. ἔστι δὲ
τῆς ἀνελευθερίας, τὸ περιπλείου ποιεῖν αἰσχρή-
ματα, καὶ τὸ μηδὲν ὄνειδιθῆναι ποιεῖν τῶν ποι-
ούντων τὸ κέρδος + βίθῃ θητικός, καὶ δουλο-
πρεπὴς, καὶ ῥηπαρὸς, φιλοτιμίας καὶ ἐλευ-
θερίας ἀλλότριθ. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀνελευθε-
ρίᾳ, μικρολογία, βαρυθυμία, καὶ μικρο-
ψυχία, ταπεινότης, ἀμετρία, ἀγγύεια, μισαν-
θρωπία.

ΜΙΚΡΟΨΥΧΙΑΣ.

Μικροψυχίας δέ ἐστι, τὸ μὴ τε τιμῇ, μή-
τε ἀτιμίαν, μή τε δυστυχίαν, μή τε ἀ-
τυχίαν δύνασθαι φέρειν, ἀλλὰ τιμῶ μόνον μὲν
χαίρειν, μικρὰ δυστυχήσαντα ὑπεξαίρειν
δα. ἀτιμίαν δὲ, μηδὲ τῷ ἐλαχίστῳ γνέσκειν
δύνασθαι· ἀπότρυγμα δὲ, ἄτην καὶ ἀτυχίαν
κρίνειν μεγάλῳ. ὁ δύρεσθαι δὲ ὑπὲρ πάντων, καὶ
δυσφορεῖν. ἔτι δὲ τοιοῦτός ἐστιν ὁ μικρόψυ-
χθ, οἷος πάντα τὰ ὀλιγορήματα καλεῖ ὑ-
βειν καὶ ἀτιμίαν, καὶ τὰ δι' ἀγνοίαν ἢ λή-
θῳ γιγνόμενα. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μικροψυχίᾳ,
μικρολογία, μεμφιμοιρία, δυσελπίσια, τα-
πεινότης.

Καθόλου

ΚΑΘΟΛΟΥ ΔΕ ΤΗΣ ΜΕΝ ΑΡΕΤΗΣ ὅσι, τὸ ποιῆν
 απουδαιάν τιὼ διαθέσιρ περὶ τιὼ τυ-
 χήν. ἡρεμαίαις καὶ τεταγμέναις κινήσεσι χρω-
 μένην, συμφωνοῦσαν κατὰ πάντα τὰ μερη-
 διὸ καὶ δοκεῖ πολιτείας ἀγαθῆς εἶναι, τυχεῖς
 απουδαιά διαθέσις. ἔσι δὲ ἀρετῆς, καὶ τὸ ὀυδρ
 γετῆρ τοῦ ἀξίους καὶ τὸ φιλεῖν τοῦ ἀγαθοῦς.
 καὶ τὸ μή τε κολαστικὸν εἶναι, μή τε τιμωρητι-
 κόν, ἀλλὰ ἰλεωρ, καὶ ὀυμμένικόν, καὶ συγγνωμο-
 νικόν. ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀρετῇ, χρηστότης, ἐπιεί-
 κεια, εὐγνωμοσύνη, ἐλπίς ἀγαθῆ. ἔτι δὲ τὰ
 βιαῦτα, οἷον φίλοιον εἶν, τὸ φιλόφιλον,
 φιλεταῖρον, φιλόφρονον, φιλάνθρω-
 πον, καὶ φιλόκαλον. ἀ δὲ πᾶν
 τα τῶν ἐπαινουμένων
 ὅσι. τῆς ἡ κακίας
 ὅσι τὰ γινῶν
 τία.

Τ Ε Λ Ο Σ.

V I R T V T V M

EXACTIOR DIVISIO PER

~~Simone Cynicum.~~

Virtutum quatuor diuisionē nō mem-
bratim persequi, sed à certo princi-
pio paucis deducere, propositū est.
Et quidem quatuor esse prima uir-
tutum genera, quibus mens huma-
na uelut anchoris quatuor, aduer-
sus omnes animi tempestates regatur, uetus doctissi-
morum hominum consensus est, etiam eorum qui de re-
ligione uera uerissimē senserunt. Id igitur in commu-
ni rerum prius, mox in propria hominis formula spe-
ctemus. Omnis ergo natura res, et substantiam ha-
bet aliquam, in qua uersatur, et ἐν ἐστὶν. secundum
quam intelligitur ac iudicatur uirtus. Vt enim nisi
subiecta in re operatio non cernitur, ut nusquam nisi
in oculo uisio: ita nisi in operatione intelligi quæ cui-
usq; rei uirtus ac præstantia sit, non potest, ut nus-
quam nisi in uidendo uisus perspicacia. Quod si uir-
tutem qualibet in re agendi et munere suo fungendi
rectitudinem uocamus, et rectum est quicquid ab in-
stituto fine non errat, finis autem sua cuiusq; rei con-

summatio est: id certe uirtus erit, in consummationē
sui quò quicq; agendo fertur. Intelligendum est au-
tem, unamquamq; naturam in rerum medium sic ex-
positam esse, ut hinc quidem infesta & inimica, in-
de idonea ac congruentia sibi circumposita habeat:
in quorum congressu ut omnis operatio consumitur,
si uirtus omnis spectatur, dum unaquæq; rerū con-
stituere sibi imperiū conuenientum confæderatione
& repugnantium amolitione conatur. Itaq; tanquam
in certamen et æmulationem omnes natura res po-
sitas ac commissas ab opifice, ad communem uniuersi
salutem esse uidemus: ut in contrarij propulsione,
& cōuenientis coniunctione uis rerum uirtusq; om-
nis uersetur. Quæ si ita habent, & si uirtutis de-
scriptio hæc uera est, omnisq; ut operatio naturæ sic
uirtus inter contraria uersatur, prima, certe uir-
tutum unicuiq; rei fuerit, quæcunq; conuenientis in-
conuenientisq; notatione uiam agendi prætentat ac
præmunit rebus, quidam boni maliq; sui sensus ac iu-
diciū minime fallax. quo sublato, quia in utrunq;
iam æquè res fertur, & idonei in idoneiq; sibi discrimen
nullū tenet, cæteras uirtutes cadere necesse est.
Quem enim in agendo conatū adhibeamus, ubi quid
agendum sit, nemo est qui docet? Prima igitur hæc
unaquæq; in re naturalis operationis ueluti directio
ac uirtus esto, conuenientis repugnantisq; sibi na-

tura certum iudiciū habere, ut antequam quicquam agitur, sequi res agendo commoditatem suam norit. Proxima, qua in præscripta præmonstrataq; ac recta secundum naturam uia, iam cognita sic insistit, ut ab infesto resistenteq; sibi non statim depellatur. Nam quia confligendum omnib. natura cum contrario suo est, siue sustinendi eius uis nulla rei suppetit, locum id sibi non repulsum facit, & superat: itaq; rei iam operatio debilitata, agēdo prodesse sibi nō potest. siue nimis in contrarium auide inaudit, non tam arcendo quā uehementiore hostis congressu seipsum uiolando, sibi ipsi res agendo incommodat. quorū utrunq; uirtuti pugnat, quæ ei in quo est prodesse tantum, non etiam obesse nouit. Hæc uirtus ab illa priore sic pendet, ut quā firmum à bono suo iudicium est, quā acutus soleresq; cōuenientis sensus tam firmus ad bonum ingressus sit. Inflammata ferri animalia cupiditatis impetu uidemus. at illam pro magnitudine apprehensi per phantasiam boni inardescere constat. Duas itaq; iam in omni naturæ operatione ritē progrediēte uirtutes necessariō intelligimus. Sed quia tā mali quā boni non ueri species à præscripta naturæ uia subducit, etiam in conueniente quæ procliuitatem naturæ moderetur ac si stat, necessaria unicuiq; rei uirtus tertia est. Siue enim cōueniente sibi ignauiter et oscitanter moue-

tur, utilitatem suam stipes et fatua natura negligit: siue nimis hoc accenditur & rapitur, cupiditate eius precipitata, cōmoda ex re capit incommodum. quorum utrunq; non solum non uirtus, sed intolerabilis naturæ inscitia est. Porro autem & hæc ab illa prima, rationeq; eadem oritur. Sed iam in utrunq; bene instructam naturam, hoc est ita comparatā, ut quorumsumcunq; agendo fertur, quantum in ipsa est, tueri suum officium possit, quomodo non rectam uocemus? quod quidem iustitiæ nomen antequam superiores illæ inter se conspirant uirtutes, rei nulli potest competere. Ergo substantia quædam primum omnibus rebus subiecta est: ἐνέργεια substantiæ, ad tuitionem sui unicuique naturæ facultas concessa: est ἐννομεύς uirtus & modus, qua ut uerè se res tueatur sola fit: est apti idoneiq; sibi iudicium, uirtus prima: est arcendi contrarij uis, uirtus secunda: est amplectendi idonei uis, uirtus tertia: est his ita comparatis rectitudo iam naturæ, uirtus communis quarta. Hæc in omnibus naturæ rebus eodem pacto habent. ac ut in toto corpore, ita qualibet corporis naturalis in parte, institutio una eademq; hæc natura inuenitur. Substantia sua res omnis bona est, operatione bona mala fieri, uirtute tantum bona, uitio tantum mala esse potest. Tolle primam, in exitium æquæ ac salutem suam per inscitiam res tendit: tolle secundam

dam, frustra quòquam tendit, semper occurrentem ob
hostem ab itinere instituto per ignauiam retrocessu-
ra: tolle tertiam, frustra quoquam tendit, semper ob
occurrentem amicum uiae oblitura. Vnamquamuis
harum trium tolle, rectè ad tuitionem sui, & rerum
commercium comparatum est nihil. Contra da pri-
mam, accincta res ad commercium naturæ est, &
negotiandi uiam tenet: da secundam, in ea progredi-
tur, & quantum in ipsa est ab infesto non interpella-
tur: da tertiam, nusquam seipsam remorabitur in ido-
neo: da hæc omnia, rectè natura quæq; habet. Qua-
tuor hæc neq; substantia, neq; ipsius ἐν ἐσσειᾷ, sed quæ-
dam substantiæ nobilitas & præstantia sunt, una
uirtus unicuiq; ad tuitionem sui concessa, nomina di-
uersa pro rerum in quas egit uarietate & modo su-
mens. Nam ut quæq; præstantissima substantia est,
sic eius est ἐν ἐσσειᾷ potentissima: & ut ἐν ἐσσειᾷ est
potentissima, sic conuenientis et incouenientis sen-
sum acutissimè seruat. Sed ut quicq; de rebus extra
se positis amicis inimicisq; perfestissimè iudicat, sic
isdem optimè ad tuendum se utetur. Equidem et hoc
intelligendum est, in seriem naturæ unamquamque
rem insertam, uel insuprapositum sibi proximeq; an-
te se præfectum, uel in infrà positum suffectumq; si-
bi respicere: et illinc quidem uim uirtutis ueram o-
mnem haurire, huc uerò omnem exonerare et red-

dere, meliorisq; et superioris se consortio tantum in officio res permanere: inde diuulsas, uirtutem statim amittere. Docent plantæ, quæ solis, animalia, quæ hominum, ingenia, quæ artium, mentes, quæ spiritus ui sola consummantur, et in finem ducuntur suum. Et hæc quidem momenta sic in omni natura impressa sunt, ut in pessimè dispositis simulacra & umbræ uirtutum quædã extent. At uera uirtus sola præstantioris seductu fine suo potitur: cum cætera omnia, concessis natura facultatibus, uirtute destituta, in exitum suum tendant. Videmus in superatis morbo corporibus, uim omnẽ contra seipsam naturam conuertere. Formulam hanc ad naturam iam nostram transferre paucis licet: Est rationalis anima uirtutum omnium & capax, & stragulum omnium est animæ ἐνέργεια, secundum quam intelligitur uirtus, omnia cum ratione faciendi est ἐνέργεια aliqua rectitudo ac uirtus, id efficiens ut secundum rationem anima rationalis omnia agendo, in exitum suum minimè tendere, sed tueri sese, & bonum sibi non malum asciscere possit. Est uirtutũ eius prima rationis intelligentiæq; lux, id est uera ueri sui boni cognitio, cuius præsidio contra omnia sese tueatur. Est secunda rationis de uero suo bono immota, etiamsi acerbis maximè sensus repugnet, sententia. Est tertia, rationis de uero suo bono immota, etiã si

suauitas sensuum maxime diuersum doceat, sententia: Est quarta, ex his iam consurgens, rationis totius rectitudo ac iustitia. Quatuor nomina, res ac uirtus una Præclareq; Scriptura luci fidei sine errore in uerum & æternum bonū suum intuenti, uirtutum omnium uim ueram tribuit. Hæc fides in rebus iudicandis uerum iudicium: in sustinendis malis non ueris, de uero suo malo ueri iudicij constantiat in contemnendis non ueris bonis, de uero suo bono iudicij eiusdem firmitas & robur est. Quibus uirtutibus qui sic instructus est, ferri incitariq; in quenquam contra fas & ius minime potest: & quem nec commodum, nec incommodum abducit à recto, in omni uitæ commercio, uir erit rectus iustusq;. Vna igitur uis fidei in eadē Scriptura, sapientiæ, prudētiae, fortitudinis, sobrietatis, iusticiæq; ac uirtutū omnium nomen frequentissimè capit. Umbratilis uirtus, in natura hominum communiter omnium inest: sed uera, superioris commercio inuecta. Quoniam enim pacto uis nō diuina est, quæcunq; in consortium Dei mentem adducit? qui finis utiq; hominis est. Itaq; cum de uirtutibus legunt, et in uirtutū exempla incidunt iuuenes, ueram uirtutem fidem, uirtutum simulacra reliqua omnia esse meminerint. Nulla in plantis uis est, quæ facere possit sola frugiferas, de cælo solisq; beneficio uis omnis nascendi datur. Nulla

finis hominis

24 VIRT. DIVIS. PER GRIN.

in homine vis est, qua finem suum consequi sine superioris adminiculo sola possit: luce de cœlo bona vera mentibus hominum inscribi sic oportet, ut eorum desiderio quæ vera non sunt contemnant. Stet igitur hoc. ut si nec plantis incrementum sine tacito numinis aspiratu consensuq; datur, omnem omnium rerum uirtutem & uigorem uerum diuini numinis esse. De uera igitur uirtute, ac prima eius in genera quatuor sectione, monere hæc Lectorem paucis operæ precium duxi. Reliqua sunt ab autoribus suis perfecte tradita.

F I N I S.

ARISTOTELIS

DE VIRTUTIBVS LIBELLVS

~~SEMONI GRIVINATO~~ INTERPRETE.

VIRTVTVM ET VITIO-

rum diuifio.

Vemadmodū uehere
 laudibus quæ pulchra
 sunt, sic quæ sunt turpia
 cōuicijs proscindere par
 est. Sed iter pulchra qui
 dē uirtutes, inter turpia
 uerò uitia primatū tenent. Laudari ue
 rò nō ipsa modo uirtus, sed causę quo
 q; et comites fructusq; et opus omne
 uirtutis, ut contra re prehendi contra
 ria, debent. Cū autē animæ partes, qua
 liter opinatur Plato, tres sint, qua de a
 gendis omittendisq; dispicitur, prudē
 tia, qua sustinentur infesta, mansuetu
 do ac robur, qua asciscendis idoneis cu
 piditas regitur, sobrietas ac continen

tia, communesque partium omnium harum, iustitia, liberalitas, ac magnanimitas, totidem rerum earundem opposita vitia, in dispiciendo recto stultitiam, in arcendo infesto ferociam et ignauiam, in asciscendo idoneo proteruitatem ac incontinentiam, communesque partium earum omnium iniustitiam & illiberalitatem, animique paruitatem esse oportet.

QV ID VNAQVAEQVE
uirtus sit.

PRudentia igitur, rationabilis animi partis uirtus est, qua ea quæ ad felicitatem suam tendunt, dispicientes sibi comparant.

Manfuetudo uerò, incitabilis ad uindictam animi partis uirtus est, quæ per ægrè ad iram concitantur.

Fortitudo uerò, incitabilis ad uindictam animi partis uirtus est, quam

per ægrè terroribus mortem minantibus concutiuntur.

Sobrietas uerò, pronæ ad cupiditatem partis uirtus est: qua fit ut in fruendis rebus sic uersentur, prauas ut omnino voluptates ne appetant.

Continentia uerò, proni ad cupiditatem animi retinaculum est, quam per in fruendis rebus prauas ad uoluptates incitatam cupiditatem ratione sistunt ac continent.

Iustitia uerò, uirtus animi, qua tribuitur quod cuique est par.

Liberalitas autem, animi uirtus est, erogare quatenus honestum est parata.

Magnanimitas uerò, uirtus animi, qua ferre fortunam infortuniumque nomen & ignominiam potest.

QV ID VNVM QV ODQVE
uitium sit.

Sultitia, rationis est uitium ac morbus, infelicis uitæ totius causa.

Iracundia, incitabilis ad uindictam partis uitium, unde procliuiter iræ concedunt.

Timiditas, incitabilis ad uindictam partis uitium, quo terroribus facile concutiuntur, præsertim interitum minantibus.

Proteruitas ac lasciuia, pronæ ad cupiendum partis uitium est, quo prauas uoluptates deligunt.

Incontinentia, pronæ ad cupiendum partis uitium est, quo fit ut contra rationem auide cupita, tametsi turpium ad uoluptatum illecebras ducenta amplectimur, attrahimusque.

Iniustitia uerò, uitium animi est, quo amplius quàm par sit, qualibet in re habere pollereque uolunt.

Illiberalitas autem, uitium, quo lucrum undicunque oblectum sectantur.

Pusillitas autem paruitasque animi uitium est, per quod fit ut neque fortunam

nec infortunium, neqꝫ nomen nec ignominiam ferre possint.

QVID SIT VNICVIQVE
uirtuti suum.

AC prudentiæ quidem est, & cōsiliū capere, & bona malaqꝫ discernere, & petenda fugiendaue in uita omnia iudicare, & bonis ijs quæ quidem concessa nobis natura sunt præclare uti, & recte cum hominibus congrēdi, & opportunitatem rerum cernere, & rationem orationemqꝫ sagaciter adhibere, & eorum quæ esse nobis possunt usui omnium experimentum scientiamqꝫ tenere. Ipsa uerò memoria, experiētiāqꝫ, & industria, aut à prudentia proficiūcuntur, aut comes eius unaquæqꝫ earum existit, a ut experimentum & memoria quidem, concurrentes coadiutricēqꝫ causæ, industria uerò, & in dando

consilio felicitas, partes prudentię sunt iudicandæ.

Manfuetudinis est autem, criminationes calumniasque & cōtemptus moderate ferre, ac ad vindictam celeriter non tendere, minimeque ad irā præcipitem esse, & cum nec insuauibus, nec irritabilibus moribus sis, placidum stabilemque animum retinere.

At fortitudinis est, imperculso mortis ad minas animo esse, alacritatēque difficilibus in rebus seruare, & ad subeunda pericula animis abundare, magisque præclarè mori, quàm turpiter uiuere seruarique cupere, autoremque uictorię existere. ad hæc, laborare, durareque cum uelle cupereque, tum posse, fortitudinis est. Hæc & animositas, & generositas, & fiducia, & audacia, tum & sedulitas, & tolerantia sequuntur.

Sobrietatis autem siue moderatioris, uoluptatum corporearum illece-

bras minimè mirari, nullaque turpis illectamenti declinatione duci, ac etiam licitis utendi rebus securitatem suspectam habere, & non magis cum ampliter quàm cum mediocriter suppetit, animum uitamque laxare est. Comes sobrietatis, quædam ordinis conseruatio, & rerum mundicia, & uerecundia, & cautio est.

Continentiæ uerò, ratione cupiditatem turpes ad illecebras uoluptatesque cientem compescere, & animo aduersus naturalium rerum defectiones perturbationesque constanti esse ac durabili.

Iustitiæ uerò, eius quod par dignumque quoque sit, qualibet in re rationem habere, & mores ac instituta patria, scriptasque leges conseruare, ueritatem ubicunque refert dicere, pactaque custodire.

Prima uerò iustitia est, qua Deo, proxima, qua diuis, tertia deinde, qua

patriæ parentibusq̃, postrema, quæ uita iam functis debitum suumq̃ cuiq̃ officium præstamus. Inter quas, pietas aut pars iustitiæ, aut ipsam consequens iustitiam est. Iustitiam uerò & sanctitas, & ueritas, & fides, & ipsum prauitatis totius odium consequitur.

Liberalitatis est, animo tali comparatum esse, ut opes suas honestas ad res erogare, utq̃ in expendendo necessarias ad res abundare, tum ut subsidio. sicubi maximè referat esse, contraq̃ ut inde unde non decet, minime accipere uelis. Liberalis autem uir, etiam uestes ac habitationem mundam amabit, sæpeq̃ superuacuas, honestas modò, ac haud in suauem oblectationem habentes res, licet ipsi non magno usui futuras, comparabit. quale est, animantia aut iucundum aut mirabile quippiam præ se ferentia alere. Comes huius, quædam in moribus

in moribus remissio, facilitasq; & humanitas: tum ad misericordiam, ad amicitiam, ad hospitalitatem, ad omneq; præclarum propensio & amor est.

Magnanimitatis autem, flantem reflantemq; fortunam, nomen & ignominiam præclare ferre: ac neq; voluptatem, neq; clientulam, neq; potestatem, neq; victorias eas quæ certando parantur mirari: sed aliquod in animo profundum ac veluti pondus habere est.

Est autem magnanimus is, qui nec vivere faciat plurimi, nec vitam ipsam vehementer amet, sed simplici quodam animo generosoq; cum sit, ferre iniuriam absque vindictæ studio potest. Comes huius, simplicitas est, & veritas.

QVID VNICVIQVE SIT

vitio suum.

S Tultitiæ. verò proprium, prave de rebus iudicare, praveq; consue-

C

lere, praeue praesentibus cum rebus congeredi conflitariq; , praeue de his rebus quae in vita bonae malaeq; versantur, sentire est. Comites eius, inscitia, impotentia, ineptitudo sunt, ac obliuio.

Iracundiae uero tria sunt genera, excandescencia, amarulentia, & quaedam ex offensa torpescencia. Est autem iracundi hominis, contemptions imminutiones ue sui uel minimas ferre minime posse, sed ad uindictam mulctamq; statim tendere, itaq; & verbo & requalibet ad iram perfacile moueri. Consequitur hanc, concitatis molibusq; in uniuersum ut moribus reddat homines, tum leuissimas ut res cura sua dignas maxime iudicet, easq; propter ut turbetur, quos quidem mores nec constanter, nec diu, sed subito ac momento patitur sustinetq; iracundia.

Timiditatis autem est, ab unde

cunq̃ uenientibus terroribus com-
moueri facile, ijs præsertim quæ uel
mortem ipsam corpori, uel aliquam
corpoream orbitatem minetur, tum
qualitercunque superesse seruariq̃,
quàm præclare oportere, satius du-
cere. Sequitur hanc animi molli-
cia, inuirilitasq̃, & inertia, ac lucis
huius vitæq̃ tuendæ nimia cupiditas.
Subest autem quædam huic cau-
tio, moresq̃ eius alienos esse a con-
tentione videmus.

Proteruitatis autem, perniciofa-
rum turpiumque uoluptatum illece-
bras sectari est, eosq̃ qui his dediti
sunt, felices maximè esse putare, ri-
suq̃ & salibus et facetijs gaudere abũ-
dareq̃, deniq̃ cum rebus tum uer-
bis supinum ac dissolutũ esse. Comi-
tes huius, confusio, & impudentia, &
inuenuitas & negligentia, & contem-
ptus, & dissolutio sunt.

Incontinentię uero est, uolupta-

tum illecebras ratione prohibente,
& his non potiri melius iudicante, se-
ctari, potiriq; nihilominus uelle, cūq;
recta honestaq; quæ sunt, esse faciē-
da statuas, ea uoluptatis ergo dese-
rere. Comes incontinentiæ, molli-
cia, poenitentiaq; est, et omnia ferè
que proteruitatem sequuntur.

Iniustitiæ uerò genera tria reperit-
tur, impietas, arrogantia, contumelia.
Impietas quidem erga deos diuosq;
aut etiā erga mortuos, tum erga pa-
rentes & patriam, rectum non ser-
uans. Arrogantia uerò, circa cōtra-
ctus cōmerciumq; uitæ, supra quàm
merita est præpollere uolens. Con-
tumelia uerò, uoluptatem sibi sic stru-
ens, in probrum ac dedecus alios ut
ducat. recteq; de ea sic Euenes, Ta-
met si nūl sibi commodet, inquit, in-
iuria gaudet tamē. Iniquitatis est ue-
rò, mores ritusq; patrios preuaria-
ri, legibus & auctoritati publicæ sub-

esse non uelle, mentiri etiam ac peierare, pactaq; transgredi, & fidem fallere. Hanc calumnia iactantiaq; ac humanitatis simulatio, & peruersitas dolusq; malus sequuntur.

Illiberalitatis quoque genera tria sunt, turpilucrum, parcitas, & tenacitas. Turpilucrum, quo quære-
re lucrumq; ex requalibet facere non pudet, plurisq; lucrum quam ignominia est. Parcitas autē, qua honestas necessariasq; ad res nostra minime sustinemus impendere. Tenacitas autem, qua impendunt quidem, tenuiter uerò maligneq; adeò, plus ut incommodent, dum sumptus in tempore non faciunt. Illiberalitatis est, maximi pecuniam facere, inq; faciendo lucro probum nullum inesse putare. Mercenaria hæc seruilisq; ac sordida uita, ab omniq; honorum studio ac liberalitate aliena est, qua usu nobis uenit, ut nostris in

rationibus quidem angustia circumdemur, in studiis uero ac uoluntatibus ueluti pondus ac molem obiectam habeamus, ac omnino pusilitas ac deiectione ingenerositasque animi, ac humanitatis totius odium, nos ut consequatur.

Pusilitatis autem, neque fortunam nec infortunium, neque nomen nec ignominiam ferre posse est, sed honore subeunte tumescere, uanumque ac leuem reddi, fortuna uero uel paululum aspirante, continuo extolli. ignominiam autem ne minimam quidem sustinere posse, repulsam uero frustrationemque quantumuis exigua, infortunium ingens esse iudicare, omnemque eam lacrymis prosequi, ac aegre uelut impositum pondus gestare. Denique talis pusillus homo est, qui omnem neglectum sui, etiam qui per ignorantiam obliuionemque euenit, iniuriam ac contumeliam nominet.

Hanc angustia querimoniaq̃, & diffidentia, & depressio quædam animi sequitur.

QVID IN VNIVERSVM
uirtuti sit suum.

IN vniuersum autem animus ritè compositus ut sit, placidisq̃ ac moderatis & suis motibus ut feratur, omnesq̃ per partes ipsius (quas tres esse diximus) velut harmonia ut consonet, efficere, uirtutis est. Itaq̃ reipublicę similis virtuosus animi status esse videtur. Est vero uirtutis & hoc, beneficijs dignos efficere, bonos amicitia sua dignari, tum nec poenæ nec vindictæ cupidum, sed misericordem clementemq̃ ac veniam concedere paratum esse. Comites uirtutis, probitas, æquitas, candor, spes bona, & id genus alia sunt, qualis est familiarium, amicorum, sociorum,

hospitum, hominum denique eorum
 bonorum praesertim amor. quæ qui-
 dem laudatorum de numero sunt
 omnia; Vitium uerò, con-
 trarijs per omnia praeditum
 est moribus

FINIS.



LIBELLI DE

VIRTUTIBVS TAM GRAE.

ci qua'm Latini Index.

Α		Α	
Ακολασία	5.7	ἀνδρεία	13
τὰ τῆς ἀκολασίας	13	ἀνδρεία	5.6
ἀκοσμία	13	τὰ τῆς ἀνδρείας	9
ἀκροσία	12	ἀνέλευθερία	5.8
τὰ τῆς ἀκροσίας	13	τὰ τῆς ἀνέλευθερίας	14
ἀκράτεια	5.8	Angustia	39 (15
ἀεροχολία	12	Anima rationalis vir-	
ἀθλία	5.8	tutum omniū stra-	
τὰ τῆς ἀθλίας	14	gulū	22
Aequitas	39	Anime partes	5.2 5.3 9
ἀρενία	15	Animi paruitas	μικρο-
ἀρχινοία	9	ψυχία	5.26
ἀλαξονία	14	Animositas	30
ἀλγύθεια	11	Animi depressio	39
&	12	ἀπλότης	12
ἀιδέας	10	ἀπονία	13
αἰχροκέρδεια	14	ἀπόιευμα	15
Amarulentia	34	αφιλονέτηεν	13
ἀμαθία	12	ἀφροσύνη	57
ἀμέλεια	13	τὰ τῆς ἀφροσύνης	12
ἀμετρία	15	τὰ τῆς ἀρετῆς	16
Amicitia	33	Arrogantia	36
ἀμνημοσύνη	12	ἀσέβεια	14
ἀναίδειαν	13	ἀταξία	13
		Audacia	30

ς βαρυθυμία

INDEX.

B		E	
Βαρυθυμία.	15	Εγκράτεια.	5.6
C		τὰ τῆς ἐγκρατείας.	10
κακία.	5	ἐκλυσις.	23
κακοήθεια.	147	ἐλευθέριος.	12
Calumna.	3	ἐλευθεριότης.	5.7
Candor.	39	τὰ τῆς ἐλευθεριότητος.	12
χαρτερία.	9	ἐλπίς ἀγαθή.	10
Cautio.	31.35	ἐμπειρία.	9
χρηστότης.	19	ἐπαινετὰ τίνα.	5
μεμβετα.	14	ἐπαριτερότης.	12
Confusio.	35	ἐπεικεία.	10
Contemptus.	35	ἐυαγωγή.	12
Continentia, ἐγκράτεια.	5.25.	ἐμβουλία.	9
	27	ἐνιυυς.	14
Cōtinētīæ propria.	13	Eucenes.	36
Contumelia.	36	ἐυγνωμοσύνη.	16
ποσμιότης.	10	ἐυλάβεια.	10
D		&	13
Δαφίλεα.	12	ἐυμετάβολον.	12
λείλια.	5.7	ἐυσέβεια.	10
τὰ τῆς λείλιας.	12	ἐυταξία.	10
λικαιόσυνη.	5.6	ἐυτολμία.	9
τὰ τῆς λικαιόσουνης.	10	ἐυψοχία.	9
Diffidentia.	39	Excandescencia.	34
Dissolutio.	35	Experientia.	29
Dolus malus.	37	F.	
δυσέλπις.	15	Facilitas.	33
		Ferocia.	

I N D E X.

Ferocia .	26	Incontinentia.	26.28
Ferocia.169.δευλότης.	5	Incōtinētiæ propria.	
Fides.	32	35. comites .	36
Fidei recte virtutum		Industria .	29
omniū uim tribui .		Inepritudo .	34
22	23	Inertia .	35
Fiducia .	30	Iniquitatis ppria.	36
Finis.	17	Iniustitia .	26.28
Fortitudo.	25.26	Iniustitiæ genera.	36
Fortitudinis propria .		Inscitia .	34
30		Inuenustas .	35
G		Inuirilitas .	35
Generositas .	30	Iracūdi hominis pro	
H		pria .	34
Hospitalitas .	33	Iracundia .	28
Humanitas .	33	Iracundiæ genera.	34
Humanitatis simula		Iustitia .	20.26.27
tio .	37	Iustitiæ partes.31.co	
I		mites .	32
Iactantia.	37	Iustitię propria .	31
Ignauia.26 . παλία .	5	L	
Illiberalitas .	26.28	Liberalis.	32
Illiberalitatis genera.		Liberalitas .	6.27
37		Liberalitatis propria:	
Illiberalitatis ppria .	37		
37		M	
Impietas .	36	Magnanimitas.26.27	
Impotentia .	34	Magnanimitatis pro	
Impudentia .	35	pria.	33

I N D E X.

Magnanimus.	31	ὀργίλος	12
μαλακί'α.	13	ὀργιλότης	5.7
Manfuetudo.	25.26	τὰ τὶς ὀργιλότητος.	12
Manfuetudinis quæ		ὀσιότης.	12
propria.	30		
μεγαλοφυχί'α.	5.7	Parcitas.	37
τὰ τὶς μεγαλοφυχίας.	12	παιουργί'α	14
μεγαλόφυχος.	12	παροξυνυικόν.	12
Memoria.	29	Peruersitas.	37
μὲμφοιρι'α.	15	φειδωλί'α.	14
μεταμέλεια.	13	φιλανθρωπί'α	12
μικρολογί'α.	12	φιλανθρωπί'α προσκοιή.	14
&	15	τοσ.	16
μικροφυχί'α	5.8	φιλά'νθρωπος.	16
&	15	φιλέταιρος.	16
τὰ τὶς μικροφυχίας.	13	φιλευτραπελος.	13
μικροφυχος.	15	φιλογελοιος.	13
μισανθρωπία.	15	φι'λοικος.	16
Misericordia.	33	φιλό'ηαλος.	12
μισοπονηρί'α	11	&	16
μνήμη.	9	φιλό'ξενος.	12
Mollicia.	35.36	&	16
Mundicia.	32	φιλοπονί'α.	9
N		φιλοσηκπτης.	13
Negligentia.	35	φιλοφυχία.	13
O		φιλό'φίλος.	12
Oblivio.	34	&	16
ὀλιγωρί'α.	13	φρόνησις.	5.6
Ordinis cōseruatio.	31	τὰ τὶς φρονήσεως.	7
		Pictas	

I N D E X .

Pietas.	32	Sedulitas.	30
πικρία.	12	Simplicitas.	33
πίσις.	11	Sobrietas.	25, 27
πλεονεξία.	14	Sobrietatis propria.	
Pœnitentia.	56		30
πρότης,	56	σωφροσύνη.	5, 6
τὰ τὴς πρότητος.	9	τὰ τὴς σωφροσύνης.	10
Probitas.	36	Spes bona.	39
Proteruitas.	26, 28	Stultitia.	26, 27
Proteruitatis propria		Stultitiæ propria.	35
35		comites.	34
Prudentia.	25, 26	συμφαντία.	14
Prudentiæ propria.			
29		T	
ψευδία.	5	τραπεισιότης.	15
Pusillitas.	28	Tenacitas.	37
Pusillitatis propria.		θάρος.	9
38		θραός.	9
Pusillus quis.	38	Timiditatis.	28
		Timiditatis propria	
Q		34	
Querimonia.	38	Tolerantia.	20
R		Torpescentia.	34
ῥαδιουργός.	13	Turpilucrum.	37
ῥαθυμία.	12		
Rectum quid.	17	V	
Remissio.	33	Verecundia.	32
S		Veritas.	32, 33
Sanctitas.	32	Virtus qualibet in re	
		quid.	17
		virtus	

I N D E X.

Virtus prima. 18. secūda. 19. tertia, eodem quarta 20 Virtus umbratilis & uera quid differāt. 23 Virtus unaquæque quid 26 Virtuosus animi sta- tus reipublicæ simi- lis: 39 Virtutis comites. 39 Virtutis ἐνέργεια. 17 Virtuti unicuique suū	quid. 29 Virtuti quid suū in uniuersum. 39 Virtutum genera. 17 Virtutum & uitiorū diuīsiō. 52 Vitium. 40 Vitium unumquodq; quid. 27 Vitio unicuique suū quid: 33 ὑβρις. 41 υγρότης καὶ ὄψις. 11
--	--

F I N I S.

**VENETIIS APVD COMINVM
DE TRIDINO M D XLV.**



